

Eben so beurkundet der König zur selben Zeit, dass in seiner Gegenwart ein Streit zwischen Eberhard Erzbischof von Salzburg und Heinrich Grafen von Lechsgemünd beigelegt wurde, in dessen Gemässheit der Erzbischof dem Grafen 2850 Mark in der Stadt Regensburg in die Hand des Kanzlers (des dortigen Bischofs Konrad) in genannten Terminen zahlen soll, wofür er (der König) selbst Bürgschaft leistet (!) und was auch von dem Erzbischof und genannten dessen Dienstmannen beschworen worden¹⁾.

Aber auch der Dompropst und das Domcapitel von Salzburg bitten König Philipp um Bestätigung ihrer Privilegien und Besitzungen, die er ihnen huldvoll gewährt²⁾.

quoddam castrum Lengenberch nomine cum uno ministeriale et familia et predioliis
attinentibus qui computantur | ad redditus XX. marcarum, que predia Ursin Itilsdorf
et Lintte nominantur. Ex his autem proprietatem ac potestatem mihi retinui de eis
faciendi quod- | eunque mee placuerit uoluntati. |

Orig. Perg. 1 Siegel. Geh. Haus- und Staats-Archiv. Salz. Abth. Domcapit. Archiv.

1) S. Böhmer's Regesten von 1198 etc. S. 24, Nr. 106.

2) Am 10. December 1207, s. Böhmer's Regesten etc. S. 25, Nr. 112. Nach einem von Moriz mitgetheilten Extract. Ich theile die Urkunde vollständig mit:

10. December 1207.

Privilegium domini Phylippi Regis ad confirmationem datum omnium privilegiorum
seu reddituum Salzburgensis ecclesie ad Albertum prepositum (r.).

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Philippus secundus diuina fauente cle-
mentia Romanorum Rex et semper Augustus *). | Quotiens a nobis postulator quod
honestati dinoscitur conuenire, et unde eterne retributionis premium nobis spera-
mus acquirere, illud nos decet liben- | ti animo concedere et petentium desideriis congru-
um suffragium impertiri. Nouerint igitur uniuersi fideles imperii tam presentis qui
quam futuri, quod | nos ad preces dilecti fidelis nostri Alberti prepositi Salzburgen-
sis fratrumque eiusdem Capituli pro spe eterne uitę omnes inibi utriusque sexus
homines secundum | regulam beati Augustini deo famulantes et diuinis seruitiis man-
cipatos et omnia bona eorum mobilia et immobilia ab antecessoribus nostris | et eius-
dem loci archiepiscopis aliisque principibus sed et quibuscunque iustis modis pro
remedio animarum ad sustentationes eis collata sunt que in presentiarum iuste | ac
rationabiliter possidere dinoscuntur, aut in futurum concessione pontificum, largitione
regum uel principum seu oblatione aliorum Christi fidelium | iuste adipisci poterunt,
sub nostra recipimus protectione et regali confirmantes auctoritate ipsis eorumque
successoribus firma et illibata decernimus permanere. | In quibus hec propriis expri-
menda duximus uocabulis. Locum ipsum in quo ecclesia Salzburgensis episcopalis sita
est et a nostris antecessoribus in honore beatorum apostolorum Petri et Pau | li sancti
Roberti precipui confessoris fundata et locupletata dinoscitur, cum omnibus pertinen-
tiis suis infra ciuitatem et extra. Amministrationem in Löngowe | cum montanis et
alpiibus et monte duro aliisque suis pertinentiis eis collatam à Heinrico felicitis memo-
rie Imperatore Romanorum Babinbergensis ecclesie fundatore. Amministrationem in
Chyemgowe cum omnibus pertinentiis suis ab Ottone magno Imperatore eis donatam.

*) Erste Zeile gross.